



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio XLV. De audacia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

¶ Super Quaestiois quadragesime quinta Articulum primum.

IN tota quaest. 45. unum occurrit dubium, quomodo scilicet malum sit obiectum audaciae. autem est obiectum eius per se, aut per accidens. si per se, ergo motus appetitus, profectus est per se respectu mali, cuius oppositum dictum est: & omnes fatentur, dicentes, malum esse quod omnia fugiunt: sicut bonum, quod omnia appetunt. si per accidens, ergo habet aliquid aliud per se obiectum, sicut patet in ceteris operationibus sensus, intellectus, & appetitus. Dicuntur enim aliqua per accidens uisa, audita, intellecta, appetita: quia propter alia uisa, sentata, cognita, desiderata attinguntur, & tunc queratur quod est obiectum per se audaciae, an bonum, an malum. Et augetur difficultas, quia auctor uarie loqui uidetur in artic. 2. ad tertium, expresse dicens, audaciam respicere malum, & in artic. 4. ad 2. dicens, obiectum audaciae esse compositum ex bono & malo.

quorum inclinatio uoluntatem ad operandum ea, per quam homo effugit id quod timet.

QVAESTIO XLV.

De audacia, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de audacia. ET CIRCA hoc quaruntur quatuor.

- ¶ Primo, Vtrum audacia sit contraria timori.
- ¶ Secundo, Quomodo audacia se habet ad spem.
- ¶ Tertio, De causa audaciae.
- ¶ Quarto, De effectu ipsius.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum audacia sit contra timori.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod audacia non contrarietur timori. Dicit enim Aug. in lib. 83. q. 1. quod audacia uirtus est, uirtus autem uirtuti contrariatur; cum ergo timor non sit uirtus, sed passio, uidetur quod timori non contrarietur audacia.

¶ 2. Præ. Vni unum est contrarium: sed timori contrariatur spes, non ergo contrariatur ei audacia.

¶ 3. Præ. Vnaquæque passio excludit passionem oppositam: sed id quod excluditur per timorem, est securitas, dicit enim August. 2. Confes. quod timor securitati præcauet, ergo securitas contrariatur timori: non ergo audacia.

SED CONTRA est, quod Philosophus dicit in 2. Rhet. quod audacia est timori contraria.

RESPON. Dicendum, quod de ratione contrariorum est, quod maxime a se distent, ut dicitur in 10. Metaph. Illud autem, quod maxime distat a timore, est audacia. Timor enim refugit nocuum futurum propter eius vi-

eo ipso, quod tam difficile est, habet unde a se auertat illum, cui est, uel uidetur sic excessuum: & hoc modo bonum arduum est obiectum desperationis, & similiter malum, difficile non excedens mensuram in maius, licet ex eo quod est malum habeat, unde auertat: ex eo tamen quod est uelut quoddam magnum non excedens mensuram, habet unde trahat, unde auctor superius in q. 23. art. 2. dicit quod malum arduum habet, ut in ipsum tendatur, sicut in quoddam arduum: & sic modus mali importatus per ly, arduum, mensurate habet attrahere non concupiscibilem, cuius est uigere magis manus mali, quam minus, sed irascibilem, cuius est tam bona quam mala ardua profectus, ut oportet. Et hoc modo saluatur, quod audacia respicit per se aliquo modo suum proprium obiectum: nec uideo aliter perferat in ipsa, & desperatione pure sumptis respectu priorum obiectorum. Quod enim obiectum audaciae sit difficile malum, ex eo patet, quod si nullus desperat nisi a desiderato, ac per hoc bono, ita nullus audet nisi ad timendam, ac per hoc mala, hæc de primo. Quod ad secundum facile patet quomodo saluatur hic per se, & per accidens, & quæce. Saluator siquidem per se obiectum profectus, id est bonum, & per accidens obiectum eiusdem, id est malum, ex eo quod obiectum audaciae, ut participantis spe, ut in littera dicitur, compositum est ex bono & malo, ita quod bonum uictoriae, seu re pulsa subiectionis imminens, respicit rationem spei, quod perinde est ac dicere, quod respicit ex participata spe: malum autem respicit rationem sui, propter illud tamen bonum. Est enim audaciae motus spei effectus ex parte obiecti: unde prouida natura, cum egeret animalia non solum consonantibus per se motibus ab obiecta appetitus, bonum scilicet & malum: sed etiam dissonantibus ab eisdem, quantum quandoque expedit & fugere bonum aliquod, & profectus mali aliquod, nec potuerit fieri, ut perfectam secundum propriam compositionem haberent, effectus ut saltem respectu concurrentium ad motum perfectas saluaretur, ut sic motus omnis appetitus, & si non secundum se consideratus, ut tamen exercitus, cum requisitis ad ipsum per se obiectum fortiaur.

toriam super ipsum timentem: sed audacia aggreditur periculum imminens propter uictoriam sui supra ipsum periculum. unde manifeste timori contrariatur audacia. AD PRIMVM ergo dicendum, quod ira & audacia, & omnium passionum nomina dupliciter accipi possunt. Vno modo secundum quod importat absolute motus appetitus sensitiui in aliquo obiectum bonum, uel malum: & sic sunt nomina passionum. Alio modo, secundum quod simul cum huiusmodi motu importat recessum ab ordine rationis, & sic sunt nomina uirtutum, & hoc modo loquitur August. de audacia: sed nos loquimur nunc de audacia secundum primum modum. AD SECUNDVM dicendum, quod uni secundum idem non sunt plura contraria: sed secundum diuersa, nihil prohibet uni plura contrariari: & sic dictum est supra, quod passiones irascibilis habent duplicem contrarietatem, unam secundum oppositionem boni & mali, & sic timor contrariatur spei: aliam secundum oppositionem accessus & recessus, & sic timori contrariatur audacia: spei uero, desperatio.

AD TERTIUM dicendum, quod securitas non significat aliquid contrarium timori, sed solam timoris exclusionem. Ille enim dicitur esse securus, qui non timet: unde securitas opponitur timori sicut priuatio, audacia autem sicut contrarium: & sicut contrarium includit in se priuationem, ita audacia securitatem.

ARTICVLVS II.

Vtrum audacia consequatur spem.

AD SECUNDVM sic procedit. Videtur quod audacia non consequatur spem. Audacia enim est

parte obiecti: unde prouida natura, cum egeret animalia non solum consonantibus per se motibus ab obiecta appetitus, bonum scilicet & malum: sed etiam dissonantibus ab eisdem, quantum quandoque expedit & fugere bonum aliquod, & profectus mali aliquod, nec potuerit fieri, ut perfectam secundum propriam compositionem haberent, effectus ut saltem respectu concurrentium ad motum perfectas saluaretur, ut sic motus omnis appetitus, & si non secundum se consideratus, ut tamen exercitus, cum requisitis ad ipsum per se obiectum fortiaur.

¶ Super Quaestiois quadragesime quinta Articulum secundum.

CIRCA dicta in 2. art. eiusdem 45. q. spaliter dubium occurrit, quia auctor sibi contrarius est. superius enim in quest. 25. artic. 3. expresse dixit, quod desperatio est prior timore, & quod timor sequitur

Supra q. 23. art. 2. co. fin. Et inf. præfenti q. art. 3. co. Et 2. 2. q. 123. art. 3. ad 3. & q. 23. artic. 3. ad 3. & q. 129. artic. 6. ad secundum. 1. 83. quest. q. 31. a medio illi: & q. 34. tom. 4.

lib. 2. cap. 6. a medio illius, tom. 1.

lib. 2. Rhet. cap. 5. a medio, tom. 6.

* li. 10. Met. tex. 13. to. 3.

sequitur desperatio-
nem uictoriae, sicut
audacia spem eiusdem.
hic uero aperte uult,
quod desperatio sit effectus
timoris, sicut audacia spei.
¶ Ad hoc dicitur, quod
desperatio & timor
possunt dupliciter
considerari. Ex parte
obiecti, & ex parte
modi attingendi
obiectum. Si confide-
rentur ex parte obiecti,
cum obiectum
desperationis sit bonum,
timoris uero malum,
& bonum naturaliter sit
prius malo, sic desperatio
est prior timore, ut
superius in quaestione
uigesima quinta declaratum
fuit; & ex hac parte
timor nascitur ex despera-
tione, quia scilicet
obiectum desperationis
natum est pariter
obiectum timoris.
Bonum enim arduum
est, nam est impossibile
fugam, profectio autem uel
fuga, est aliquid & per se
& per accidens, per se
quid est profectio boni,
fuga uero mali; per accidens
autem potest profectio esse
mali propter aliquod bonum
adiunctum, & fuga boni,
per aliquod malum adiunctum.
quod autem est per accidens,
sequitur ad id, quod est per se;
& ideo profectio mali sequitur
profectionem boni, sicut &
fuga boni sequitur fugam
mali. Hanc autem quatuor
pertinet ad quatuor passiones:
nam profectio boni pertinet
ad spem, fuga mali ad timorem,
profectio mali pertinet ad
audaciam, fuga uero boni
pertinet ad desperationem.
Nullum enim malum
habet rationem timendi,
nisi quia bonum oppositum
est, uel dubitatur superexcedens,
quod est obiectum
desperationis. Si autem
considerentur ex parte
modi attingendi obiectum,
cum utriusque modus
consistat in fugiendo,
& timor per se
desperationi autem
per accidens conueniat
suum fugere obiectum;
& quod est per accidens
dependet ab eo quod est
per se; consequens est,
ut timor sit ex hac
parte causa desperationis,
non ita quod obiectum
desperationis sit compositum
ex bono & malo, sicut
obiectum audaciae; quonia,
ut superius in quaestione
quadragesima ar-

repectu malorum & terribiliu,
ut dicitur in 3. Eth. * spes autem respicit
bonum, ut supra dictum est. f. ergo hnt diuerfa obiecta, & non
sunt unius ordinis: ergo audacia non consequitur spem.
¶ 2. Præterea. Sicut audacia contrariatur timori, ita desperatio spei: sed timor non sequitur desperationem,
quinimmo desperatio excludit timorē, ut Phil. dicit in 2. * Rhet. ergo audacia non consequitur spem.
¶ 3. Præterea. Audacia intendit quoddam bonum. uictoriam: sed tendere in bonum arduum, pertinet ad spem: ergo audacia est idem spei: non ergo consequitur ad spem.
SED CONTRA est, quod Phil. dicit in 3. Eth. * quod illi qui sunt bonæ spei, sunt audaces. uidetur ergo audacia consequi spem.
RESPON. Dicendum, quod sicut iam pluries dictum est, * oēs huiusmodi passiones autem appetitiuam potentiam pertinent. Ois autem motus appetitiuæ potest reuducitur ad profectioem uel fugam: profectio autem uel fuga, est aliquid & per se & per accidens, per se quid est profectio boni, fuga uero mali; per accidens autem potest profectio esse mali propter aliquod bonum adiunctum, & fuga boni, per aliquod malum adiunctum: quod autem est per accidens, sequitur ad id, quod est per se; & ideo profectio mali sequitur profectioem boni, sicut & fuga boni sequitur fugam mali. Hanc autem quatuor pertinet ad quatuor passiones: nam profectio boni pertinet ad spem, fuga mali ad timorem, profectio mali pertinet ad audaciam, fuga uero boni pertinet ad desperationem: unum sequitur ad spem. Ex hoc enim quod aliquis sperat superare terribile imminens, ex hoc audacter insequitur ipsum: ad timorē uero sequitur desperatio, id est, aliquis desperat, quia timet difficultatem, quæ est circa bonum sperandum.
AD PRIMUM ergo dicendum, quod ratio sequeretur, si bonum & malum essent obiecta non habentia ordinem adinuicem: sed quia malum habet aliquem ordinem ad bonum (est enim posterius bono, sicut priuatio habitu) ideo audacia quæ insequitur malum, est post spem, quæ insequitur bonum.
AD SECUNDUM dicendum, quod est bonum simpliciter sit prius quod malum, tamen fuga per prius debetur malo, quam bono; sicut profectio per prius debetur bono, quam malo: & ideo sicut spes est prior, quam audacia, ita timor est prior, quam desperatio: & sicut ex

A timore non semper sequitur desperatio: sed quando fuerit intensus: ita ex spe non semper sequitur audacia, sed quando fuerit uehemens.
AD TERTIUM dicendum, quod audacia licet sit circa malum cui coniunctum est bonum uictoriae necundum estimationem audaciae, tamen respicit malum: bonum uero adiunctum respicit spes, & similiter desperatio respicit bonum directe quod refugit; malum uero adiunctum respicit timor, unde proprie loquendo, audacia non est pars spei, sed eius effectus, sicut nec desperatio est pars timoris, sed eius effectus, & pro hoc est audacia principalis passio esse potest.
ARTICVLVS III.
Vtrum defectus aliquis sit causa audaciae.
AD TERTIUM sic proceditur. Videtur, quod defectus aliquis sit causa audaciae. Dicit enim Philosophus in li. de problematibus, * quod amatores uini sunt fortes & audaces: sed ex uino sequitur defectus ebrietatis: ergo audacia causatur ex ebrietatis defectu. ¶ 3. Præterea. Philosophus dicit in 2. Rhet. quod inexperti periculorum sunt audaces: sed inexperientia, defectus quidam est, ergo audacia ex defectu causatur. ¶ 3. Præterea. Iniusta passio audacioris esse solent, sicut est bestia cum percutiuntur, ut dicitur in 3. Eth. * sed iniustum pati ad defectum pertinet: ergo audacia ex aliquo defectu causatur.
SED CONTRA est, quod Phil. dicit in 2. Rhet. quod causa audaciae est, cum in phantasia spes fuerit salutarium, ut prope existentium, timedorum autem, aut non entium, aut longe entium, sed id quod pertinet ad defectum, uel pertinet ad salutarium remotioem, uel ad terribiliu propinquitatem. ergo nihil quod ad defectum pertinet, est causa audaciae.
RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum est, * Audacia consequitur spem, & contrariatur timori; unum quocumque nata sunt carere spe, uel excludere timorem, sunt causa audaciae, cum sint passiones quedam, consistunt in motu appetitus, & in quadam transmutatione corporali, dupliciter potest accipi causa audaciae, siue quantum ad prouocationem spei, siue quantum ad exclusionem timoris: uno modo quod ex parte appetitiui motus, alio uero modo ex parte transmutationis corporalis. Ex parte quidem appetitiui motus, quæ

culo quarto ad secundum, patet, desperatio ex solo superexcessu boni esse potest, sed ita, quod in ipsum bonum superexcedens estimatum impossibile, feratur timor & desperatio: timor quidem in superexcessum, in quantum impeditium boni, ac per hoc malum: desperatio uero in ipsum bonum superexcedens, fugiendo ipsum. Est autem ratio mouens, ad prouocandum ex hac parte timorē, ut habeatur per se obiectum fugæ in desperante, sicut in audace. Cum enim bonum ab omnibus appetatur, & a desperante fugiatur, palam est quod non fugitur in quantum bonum, nec in quantum maius bonum, sed ratione aliquid cuius impedimenti, saltem est excessus estimatus impossibilis; & quia impedies bonum, mali rationem induit, ex hac parte timor inchoat desperationem. Timoris autem nomine hoc in loco non intelligo timorem proprie dictum, ut est passio irascibilis distincta contra fugam, quæ est quarta passio concupiscibilis contraria desiderio, sed ut includit illam, ita quod desperatio fugit bonum excedens propter fugam mali impediens, puta, ipsum excussus, qui includitur in timore, & non proprie, & propter timorem illius excessus difficilis impediens impossibilis &c. Experimur enim quod cognita impossibilitate consequendi aliquid, desperamus ab illo, nihil timentes: & ratio huius est, quia impossibilitas, seu difficultas consequendi, & si ex hoc ipso quod impedit bonum consequendum, statim habeat unde induat rationem mali, ac per hoc sit obiectum abominationis, seu fugæ inclusa in timorem, non tamen habet unde induat rationem mali ardui: quia tamen est impedimentum boni ardui, li-

Supr. q. 35. ar. 3. cor.
In scilicet 37. Prob. 4. to. 6.
C. 5. aliquæ tula a med. tom. 6.
Cap. 8. circa med. tom. 5.
Ca. 5. a med tom. 6.
r. preced.

cet non sit malum ar
 dium, author timo-
 ris nomine usus est.
 Desperatio igitur ex
 parte obiecti causa
 est timoris timor ue-
 ro ex parte modi at
 tingendi obiectum,
 causa est desperatio
 nis, quo fit, ut non
 equaliter fiant despe-
 ratio & audacia a ti-
 more & spe in au-
 dacia a spe, & ex par-
 te obiecti bonum. n.
 est prius malo, & ex
 parte modi quia pro-
 secutio boni ex ra-
 tione prosecutionis
 mali oritur: despera-
 tio autem ex parte
 modi tantum ex ti-
 more, seu abomina-
 tione nascitur.

C.5. non pro-
 cal a fi. to. 6

li. 3. c. 4. to. 4

In sectio ne
 27. probl. 4.
 tom. 6.

q. 40. ar. 6.

Cap. 5. in E-
 ne. tom. 6.

q. 44. ar. 3. &
 45. ar. 1.
 3. Eth. lec. 14
 In sectioe 27.
 Problem. 3.
 tomo 6.

sequitur apprehensionem, prouo-
 catur spes cans audacia per ea, q
 faciunt nos aestimare, q possibile
 fit adipisci uictoriam uel secudu
 propriam potentiam, sicut fortitudo
 corporis, experientia in pe-
 riculis, multitudo pecuniaru, &
 alia hmoi: siue per potetiam alio-
 rum, sicut multitudo amicorum
 uel quorsicunque auxiliantiu, &
 praeipue si ho confidat de auxi-
 lio diuino. Vn illi, qui bene hent
 ad diuina, audaciores sunt, ut et
 Phil. dicit in 2. Rhet. Timor aut
 excluditur sechndu istum modu
 per remotionem terribiliu in ap-
 propinquantium, puta, quia ho
 non het inimicos, quia nulli no
 dit, quia non uidet aliquod peri-
 culum imminere. Illis. n. uidetur
 maxime pericula imminere, qui

aliis nocuerunt. Ex parte uero transmutationis cor-
 poralis catur audacia per prouocationem spei, & ex-
 clusionem timoris, uel ex his que faciunt caliditate
 circa cor. Vnde Phil. * dicit in lib. de partibus anima-
 lium, quod illi hent paruum cor secudu quantita-
 tem, sunt magis audaces: & animalia habentia ma-
 gnum cor secudu quantitatem, sunt timida: qa
 calor naturalis non tatum potest calefacere magnu
 cor, sicut paruum, sicut ignis non tantum potest ca-
 lefacere magna domu, sicut paru. Et in li. * de ple-
 matibus dicit, quod habentes magnum pulmonem
 sanguineum, sunt audaciores propter caliditate cor-
 dis exinde consequentem. Et ibidem dicit, quod ui-
 ni amatores sunt magis audaces propter caliditate
 vini. vnde & supra dictum est, quod ebrietas facit
 ad bonitatem spei: caliditas enim cordis repellit timo-
 rem, & causat spem propter cordis extensionem
 & amplificationem.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod ebrietas cau-
 sat audaciam, non in quantum est defectus, sed in-
 quantum facit cordis dilatationem, & in quantum
 etiam facit aestimationem cuiusdam magnitudinis.

AD SECYNDVM dicendum, quod illi qui sunt in-
 experti periculorum, sunt audaciores, non propter
 defectum, sed per accidens, in quantum scilicet pro-
 pter inexperientiam neque debilitatem suam cogno-
 scunt, neque presentiam periculorum: & ita per sub-
 tractionem causae timoris, sequitur audacia.

AD TERTIVM dicendum, quod sicut Philosoph.
 dicit in 2. Rhetor. * In iustum passu redduntur au-
 daciores, quia aestimat, quod Deus iniustum passu
 auxilium ferat; & sic patet quod nullus defectus cat
 audaciam, nisi per accidens, in quantum scilicet het
 adiunctam aliquam excellentiam uel ueram, uel a-
 estimatam, uel ex parte alterius, uel ex parte sui.

ARTICVLVS IIII.

*Vtrum audaces sint promptiores in principio, quam
 in fine, in ipsis periculis.*

AD QVARTVM sic proceditur. Vt q audaces
 non sint promptiores in principio, q in ipsis
 periculis. Tremor. n. ex timore causatur, qui contra-
 riatur audacie, ut ex dictis patet; sed audaces quan-
 doque in principio tremunt, ut Philosoph. dicit in li-
 bro de problematibus. Ergo non sunt promptiores
 in principio, quam in ipsis periculis existentes.

¶ 2 Præ. Per augmentum obiecti augetur passio. fi-
 cut si bonu est amabile, & magis bonum est magis
 amabile, sed arduum est obiectum audaciae. augmē-
 tato ergo arduo, augmentatur audacia, sed magis fit
 arduum & difficile periculum quando est praetens,
 ergo debet tunc magis crescere audacia.

¶ 3 Præ. Ex uulneribus inflicis prouocatur ira, sed
 ira causat audacia. Dicit. n. Philof. in 2. Rhet. * q ira
 est ausium. ergo qn ia sunt in ipsis periculis, & per-
 cutitur. n. uidetur quod magis audaces reddantur.

SED CONTRA est, quod dicitur in 3. Ethic. * q
 audaces preuolantes sunt, & uolentes ante pericula,
 in ipsis autem discedunt.

RESPON. Dicendū, q audacia, cum sit quidā mo-
 tus appetitus sensitui, sequitur apprehensionē appeti-
 tiuā uirtutis. uirtus autē sensitua nō est collatiua, nec
 inquisitiua singulorum, quā circumstant rē, sed subi-
 tum hēt iudicium. Contingit autē qnq; q secundū
 subitam apprehensionē nō pnt cognosci oīa, quā
 difficultatem in aliquo negotio afferūt; unde surgit
 audaciae motus ad aggrediendum periculum; unde
 quando iam experiuntur ipsum periculum, sentiunt
 maiorem difficultatem, quā est imauerunt, & iō
 deficiunt. Sed ratio est discursiua omnium que affe-
 runt difficultatē negotio; & ideo fortes, qui ex iudi-
 cio rōnis aggrediuntur pericula, in principio uiden-
 tur remissi, quia non passi, sed cū deliberatione de-
 bita aggrediuntur: qn autem sunt in ipsis periculis,
 non experiuntur aliquid improuistum, sed quando-
 que minora illis quā praecogitauerunt, & iō magis
 persistunt. Vel etiam, quia propter bonum uirtutis
 pericula aggrediuntur, cuius boni uoluntas in eis
 perseverat, quantacūque sunt pericula: audaces autem
 propter solam aestimationem facientē spem, &
 excludentem timorem, sicut dictum est. *

AD PRIMVM ergo dicendum, q et in audacibus
 accidit tremor propter reuocationem caloris ab ex-
 terioribus ad interiora, sicut etiam in timētib; sed
 in audacibus euocatur calor ad cor, in timentibus
 autem ad inferiora.

AD SECYNDVM dicendum, quod obiectum amo-
 ris est simpliciter bonum; unde augmentatum
 simpliciter augmentat amorem, sed obiectum auda-
 ciae est compositum ex bono & malo, & motus au-
 daciae in malum praesupponit motum spei in bonu;
 & iō si tantū addatur de arduitate ad periculum qd
 excedat spem, non sequetur motus audaciae, sed di-
 minuitur; si tñ sit motus audaciae, quantū maius est
 periculum, tantū maior audacia reputatur.

AD TERTIVM dicendum, quod ex lesione nō
 causatur ira, nisi apposta aliqua spe, ut infra * dicit:
 & ideo si fuerit tñ periculum, quod excedat spē ui-
 ctoriae, non sequetur ira, sed uerum est, quod si ira
 sequatur, audacia augebitur.

QVVESTIO XLVI.

*De ira secundum se, in octo arti-
 culos diuisa.*

DE IRE considerandum
 est de ira. Et primò, de
 ira secundum se. Scdò, de
 causa factiua irae, & remedio eius.
 Tertio, de effectu eius.

Circa primū queruntur octo.
 ¶ Primò, Vtrum ira sit passio spalis.
 ¶ Secundò, Vtrum obiectum irae
 sit bonum, an malum.

¶ Super quest. quadra
 gesime sexta ar. riu-
 lum primum.

IN articulo 1. que-
 stionis 46. in re-
 sponcione ad primū.
 aduerte, qd illa uer-
 ba litera, Ad iram
 terminatur, possunt
 habere duos sensus.
 primus est, quod sin-
 guli motus irascibili-
 s, scilicet motus
 spei, & motus de-
 sperationis, & reli-
 qui, terminantur ad
 iram, sicut diximus
 q amor terminatur
 ad